

jam in omni sapientia Chaldaeorum, Dan. i. y. 4. Et contigit hæc historia sub annum 4. a transmigratione ejus in Babylonem, inquit Cornelius à Lapide & alii. Quid verò fenes adulteri? *Y. 50. Sede, inquit Danieli, in medio nostrum, & quatenus, quid in hac causa verum, quid falsum lateat, & qualem sententiam pronuntiare debuissimus: quia tibi, juveni scilicet, dedit Deus honorem senectutis* id est, dignitatem judicis, quæ senibus propriè convenit, in quibus ut plurimum est longa experientia, prudentia, apathia, & aliarum dotes, quæ ad iudicium munus requiruntur. Hæc ironice & per sarcasmodum dicitur Danieli fenes vel si seriò, per adulationem, ut Prophetam sibi conciliaret, ne scelus eorum prodatur.

Y. 52. Invenit autem dierum malorum id est, nequissime senex, qui ut es inveteratus, ita es & malitiae, qui etatem totam in luxuria & injulitia aliisque sceleribus transegit, nunc venerit peccata tua ad plenum cumulum & maturitatem, & in aperiam lucem, ut ex hoc facinore publicè prodantur & plebentur.

Ruel. l. i. c. 20.

Cicero de Divinat.

Plinius l. 16. c. 6. & 8.

in Chron. c. 36. & 37.

Athanaf. ser. 4. cont. Arianos. lren. l. 4. c. 11. Strabo l. 16.

lonis. Nec Darii vel Cyri (ut volunt Theodoretus & Irenæus) quia hi non Belum, sed Solem colebant; (unde & Xerxes sepulchrum Belis, teste Strabone, penitus destruxit.) nec verò ausi fuissent Babyloni jam à Dario & Cyro subacti mortem illis intentare, ut huic regi intentant *y. 28.* Ergo rex Aste cuius conviva erat Daniel, fuit Evilmerodach five Baltasari, qui seu proprio genio, seu mandato parentis sui, subactum regni sui valde addictus fuit Judæis, ut patet ex didis c. 4. in fine. Quod si Daniel quando primum Babylonem deprimavit, annorum fuit 20. ut in proemio dixi, fuerit hæc anni Baltasaris, ut patet ex Chronico nostro.

Y. 2. Bel quis fuerit, dixi Genes. 10. Quæ mensura attala, quæ amphora, in Prolegomenis de vasis & mensuris. *Y. 13. Cribavit, id est, cribando spargi iussit cinerem* te cineribus immixti spargerentur, sacerdotibus pedibus in eos im-pingentes, fraudem perficerent, cineremque everterent, sa ei reliquerunt nocturna pedum suorum vestigia, & quicquid idolo appositus absumpsisse.

Y. 22. Erat draco magnus, quem colebant Babyloni pro deo. Gaudet enim diabolus, ad primi (in Eva) facti memoriam commendandam, forma serpentum, inquit S. Augustinus. Ex Scriptura (b) passim diabolus ob ejus versutiam, malitiam & sævitiam, vocat & depingit quasi draconem. Adde, quod draco, ut corpore est forti, robusto, longævo, monstro & horribili, oculorum acie acri & pervigili (unde draco, dictus videtur *ans & dycon*, id est, à videndo) ita divinum quid præ se ferre putabatur. Unde & priscis symbolum erat sapientie, prudentiæ & præcipientiæ, seu vaticinii, teste Carolo Palchælio: & illi assignabatur custodia ædium, adytorum, oraculorum, thesaurorum, heroum in infantia, &c. uti de Hercule & de Nerone fabulantur Poetæ. Sic Colchicus draco custodiebat vellus aureum. Et Romani ad pestem eliminandam serpentem Epidaurium Romam invexerunt & coeulerunt, quasi urbis

Æsculapium, inquit Val. Maximus. Et apud Gentiles passim draconia, id est, templa draconis sacra, fuisse Strabo testatur. prima circa serpentes idolatriæ semina jacta, quod diabolus hanc speciem in deliciis habere. Nec à lohis Ethnicis. sed & à hæreticis voluit deum coli draconis seu serpentis specie: unde & Ophitæ dicti sunt, quod serpentem alerent & cohererent quasi Christum, inquit Epiphanius, Theodoretus & Augustinus.

Y. 26. Pico, adipe & pilis pariter oculis disruptis est draco non quod pix aut pili venenati sint, sed quod bolis ea materia constati, ut erant glutinosi & emplastrici, inhærentes gutta draconis & viz anguliorum ac ventriculorum: qua penitus obturata, & anhelitu ac respirazione præpedita, suffocati, imò crepare necessum fuit, inquit Valelius.

Y. 30. Babyloni, comperta morte draconis sui, miserunt Danielem in lacum leonum Et hæc primæ vires sunt quibus huic placuit. vulgari Babyloniore supplicio destinatus fuit Daniel, nempe Babyloniis, sub rege Baltasari. Nam secundò idem ei accidit triennio post sub Dario, invidentibus illi Medis & Persis. Quod enim olim nonnulli apud S. Hieronem ex corruptis LXX. interpretum exemplaribus finxerunt alium esse hunc Danielem draconis interfectorem ab illo latraparum principe sub Dario; passim à aliis omnibus rejicitur, neque Ecclesia agnoscit nisi unum Danielem; eumque non ex tribu Levi (nisi forte ex latere materno) sed ex tribu Juda oriundum, & ex stirpe regis, ut dicitur initio c. 1.

Y. 31. Leonibus dabatur quotidie duo corpora, cæsurum animalium, seu hominum, seu bestiarum, & duo oves vivæ. Præda enim viva gaudet leo, quam ungibus discerpere possit.

Y. 32. Erat autem Habacuc propheta, idem ille qui inter minores Prophetas numeratur ordine octavus: ita S. Hieronymus, Epiphanius & Dorotheus, Pererius & Hector Pintus: Hieronymus in Babylonia, Epiphanius in Hierosolymis, & Dorotheus in Symplice. licet Tornellus & quidam alii id negent. Sed ratio non negat, non convincit: nam potuit unus idemque captivitatem Babylonicam prædixisse & præcessisse, & nihilominus ad annum utique primum Baltasaris, quo hæc draconis historia contigit, pervixisse, cum intermedium spatium non sit valde multum, annorum, ut in Chronico demonstravi. Hic ergo Habacuc propheta erat tum temporis in Judæa cum mesforibus agrorum barbarum. Unde patet, terram Judææ durante captivitate Babylonica non ita Judæis cultoribus, seu in patria relicta, seu de fuga reductis destitutam fuisse, ut non aliquibus saltem locis fereretur ab iisdem, & meteretur.

Daniel Baltasari regi Babylónico, singulari industria detegit imposturas sacerdotum Belis. Itaque sacerdotes occiduntur, & idolum Belis destruitur. Draco quoque alter Babylonicorum Deus, à Daniele occiditur: sed eam ob causam Daniel in lacum leonum mittitur: ibi ab Habacuc cibatur, & septimo die à lacu incolumis educitur.

Y. 1. Erat Daniel conviva regis Non Assyris, ut videtur velle Athanasius, quia hic numquam fuit rex Baby-

CAPUT XIV.

FINIS TOMI PRIMI.

R. P. JACOBI

TIRINI ANTUERPIANI

E Societate Jesu,

COMMENTARIORUM

IN

S. SCRIPTURAM

Tomus Secundus,

QUO

MINORES PROPHETÆ

Machabæorum Liber uterque,

ET

NOVUM TESTAMENTUM

EXPLICANTUR.



VENETIIS, MDCCXXIV.

Apud Nicolaum Pezzana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.